Dissertationes medicae.

II.

DISQVISITIO

MEDICO PRACTICA

DE

CIRCUMSPECTO GARGARISATUS USU,

IN

ANGINIS PHLEGMONOIDAEI

QVAM

PUBLICO EXAMINI SUBMITTET

JOHANNES SVENDSEN.

DEFENDENTE

AMUNDO RICHARD HOLTERMANN.

Strenno medicinae cultore

IN AUDITORIO



DIE MDCCLXXIX.

H. L. Q. S.

HAFNIAE,

Literis J. R. THIELIANIS.

VIRO

AMPLISSIMO & EXPERIENTISSIMO

URB. BRUUN AASKOW,

M. D. REGIS AUGUSTISSIMI ARCHIATRO,
REGIAE CLASSIS DANICAE MEDICO. NOSOCOMII
NAUTICI DIRECTORI,
REGII COLLEGII MEDICI MEMBRO
ET SOCIETATIS MEDICAE HAVNIENSIS P. T. PRAESIDI.

PATRONO PERQVAM COLENDO MENTEM PIAM
GRATAMQVE TESTATURUS

HOC QUALECUNQVE CONAMEN EA QVA
PAR EST OBSERVANTIA CONSECRAT

AUTHOR.

I.

Agitationem medicamenti liqvidi, qvam qvis, in cavo oris atqve faucium contenti, ſupinato capite, Spiritum paulatim emittendo facit, *Gargariſatum*.

Portionem vero medicamenti liqvidi, gargariſationi dictæ inſerviendam, iterumqve ejiciendam, *Gargariſma* dicimus.

II.

Qvod auxilii genus (I.) in plurimis faucium morbis, â medicis pariter ac Chirurgis adhibetur; in Angina uſitatiſſimum eſt, uti nec in paginis ullibi fere occurrit, qvin pediſſeqvum habeat Gargariſma.

III.

Verum enim vero, idem (II.) potius anginam exacerbaſſe, qvam diſcuſſiſſe videtur, & eo qvidem magis, qvo ſaepius repetitum, ſaltim parum præſtitiſſe auxilii, qvantum ex hiſtoriis Colligi poteſt, ubi ê contra derivantia, uti debitæ Sangvinis dertractiones, Veſicatoria, cet. ſuum ad curam complendam contulerunt.

IV.

Gargariſatus itaqve inſalubrem uſum explicaturo, anteqvam ad dicta (III.) probanda, propius accedat, peculiaria ad hoc argumentum pertinentia qvaedam annotare fas eſt.

V.

Et primo qvidem qvod anginam attinet, uti ex fronte patet, veram loqvor ſ. phlegmonoidaeam ſic dictam, qvae in Anginarum Univerſitate dignoſcitur a tumore & rubore internarum colli partium, unius v. plurium,

cum

cum dolore & ardore in faucibus, atqve functione plus minus laesa; pulsu & ipsis qvidem functionis laesae Symtomatibus, juxta varium infarctus sedem modificatis, generatim tamen celere, haud secus ac febrilibus communibus reliqvis stipata.

VI.

Gargarismata vero respicienti qvae scopo medico locum qvondam tenebant supremum sic dicta resolventia; horum patet ingredientia ex adstringentibus aromaticis acribus (*) ut & salinis recepta fuisse.

 VII.

(*) Exemplo sit Terra Catechu a Junckero commendata, & reliqva, qvae ipse, qvam vis praeter Saturnina, Terras bolares, alia acria aromatica & adstringentia condemnet, nimis tamen largiter praescripsisse videtur. En ipsius formulas Specierum, qvae simul coqvi jubet, pro Gargarismate in Angina Inflammatoria.

℞. Rad. iridis florentinae drachm. iij.
Helenae,
Caryophyllatae
Altheae ana unc. sem.
Herb. Salviae
Bellidis minoris

Hyssopi

VII.

Qvae tamen recenſita (VI.) utcunqve leniter irritando ſolvere, roborando reprimere credebantur, haud meliorem edere effectum qvam a pure emollientibus expertus eſt Foreſtus (*) ab acidis illuſtris Pringle (**) non de nihilo ſperare poteſt qvisqvis principium & cauſam proximam Inflammationis, atqve ideo Anginae, (V.) ut & formam Gargariſationis (I.) agnoſcit, qvippe ſub agitatione, partes adfectas & valde ſenſi-

Hyſſopi
Florum Chamomillae aa. manip. ſem.
Caricarum pingvium No. IV.
Coqve in aqva ſimplici qv. ſ. Colat. adde
Rob diamoron
Album Graecum aa. drachm. iij.
Nitri Cryſtalliſati unc. ſem.
Item:
R. Rad. Biſtortae
Tormentillae aa. unc. ſem.
Herb. Prunellae
Pyrolae aa. manip. i.
Gallarum drach. j.
Coqve in aqva Comm. & Colat. addatur pro renata plus minus aluminis crudi.
Conſpectus Therapiae ſpecial. Halae 1750. p. 260. & ſeqv.

(*) Apud Junckerum l. c. p. 264.

(**) v. Plenck Pharmac. Chirurg. pag. 165.

ſenſibiles irritando, vomitum, tuſſim ciendo, nimium humorum motum fauces verſus concitare, hinc qvoqve immeabilitatem, ejusqve effectus, uti respirationis, deglutitionis moleſtias, caeterorum deniqve uti enchephali, pectoris, augere, in prono eſt.

VIII.

Parem fere rationem agnoſcit qvod (III.) innui, qvia ſc. aegri ad gargariſandum fortiter atqve freqventer, cogebantur, uſqve dum nimio gutturis labore defatigati, Gargariſationi impares, ab eadem abhorrerent; effectus methodi, qvam Chirurgorum maxime crudelem atqve noxiam vocat Svietenius. Comment. T. II. Pag. 682.

IX.

Sed neqve his (VIII.) nec ſupra dictis (VI.) immorari opus eſt cum gratorum liqvorum Gargariſatio, utcunqve prudens, aegris moleſtias creet, qvid qvod injectiones tales interdum

vix tolerant. Ipſe vidi exemplum, de qvo pauca verba faciam. Scarlatina graſſante, faber qvidam lignarius, Vir 35 annorum, dolore faucium, cum aeſtu ſiti atqve Cephalalgia die 21 Martii a. c. corripiebatur, poſt aliqvalem horrorem inſeqventibus cum ardore & deglutitione moleſta, moxqve ingraveſcentibus, ut mane ſeqventis diei me vocandum curaret. Facto examine, velum palati, Uvulam tonſillas rubras & tumidas inveni, nec non glandulam ſubmaxillarem lateris dextri, pulſus erat celer & tenſus.

Ordinavi V. S. & laxato alvo jam biduo clauſa per aqvam laxat. Vienn. ſeqventem. ab ampliſſ. Profeſ. Thode, praeceptore plurimum Venerando, pulverem valde commendatum, (*) alternis horis in aqva ad ſolutionem ſufficiente

ſumen.

(*) In praelectionibus in Medicinam practicam.

ſumendum, cujus ſingulas doſes ingrediebatur.

R. Pulveris refrig. acidi drachm. ſem. Camph. gr. ij.

Et pro Gargariſmate infuſum Salviae, praeterea decocto tenui avenaceo, & infuſo Theae cum ſucco citri & ſaccharo ſaepius utendum.

D. 3. Deglutitio difficilior, cephalalgia gravis, tuſſis & vomituritio adfuere, qvae ultima Gargariſationi adſcripſit aeger, hanc neqve ſe ultra repetiturum pollicitus; pulſus celer parum tenſus.

Veſicatorium circa collum applicari & decocta dicta freqventer aſſumi ordino. Effluxus ſeroſus veſicatorio factus, ungvento baſilico, pulvere Chantharidum animato promovetur, dein bis indies renovando, epithema frigidum cum aceto roſaceo Capiti, & plantis pedum Sinapiſmi circa veſperem applicantur, aegro pulveris pertaeſo praeſcribitur Cochleare majus ſeqventis

R. Ni-

℞. Nitri depurati drach. ij. Camphorae gr. XVI. Aqva meliſſae. menthæ vulg. aa. unc. j. ſem. Sacchar. clarific. unc. j.

alternis horis ſumendum.

D. 4. Serum mucoſum largiter exſcreabat, Cephalalgia minor, efflorefcentiae latae rubrae in manibus & brachiis apparebant, qvae primo morbi die erupiſſe, iterum vero evanuiſſe narrat aegrotus. Ob alvum ſegnem clyſma injectum fuit, caetera continuanur.

D. 5. Largiter ſudabat.

D. 7. Pulſus mollis, urina naturalis, a qvo tempore vires & appetitus rediere, & aeger reſtitutus erat.

X.

Qvae vero praemonuiſſe, ut appareat, ſuffecerit, qvanta qvidem circumſpectione qvoad qvalitatem & formam interſit negotio Gargariſationis, tantum tamen auxilii inde deſiderari, ut multo magis

magis in hoc morbo, toties dicta Gargarisatio, qvamvis v. maxime qvondam usitata, juxta experientissimum N. F. medicum Doct. F. L. Bang, (*) tanqvam nociva & fauces irritans, merito sit condemnenda.

XI.

Minus eqvidem convenire Gargarisationem in illa Specie, ubi sicca adest inflammatio absqve conjuncta excretione mucosa monet laudatus VII praeceptor plurimum venerandus (**) ratio facilis est, ob siccitatem enim, major adest partium adfectarum ardor, hinc qvoqve sensibilitas, & stimuli impatientia.

XII.

Imprimis vero nocere, per se sponte patet in stadio primo s. acuto, ubi vehementia Symptomatum Anxietatis, versus

caput

(*) V. ipsius praelectiones in Therapiam medic. special. de Angina.
(**) l. c. ubi de Scarlatina loqvitur.

caput congeſtionis, ſuis ſignis dignoſcenda, nec non tuſſis, vomituritio, adſunt. Cognita ſede Inflammationis laryngea, reſpirationi admodum infeſta, & mortem celeriter minante, probe notandum.

XIII.

Gargariſationis vero ſcopum genuinum attingendo, ut nempe diluatur, materia fauces obſidens lubricentur partes adfectae & impediatur earum ardor; dictum (X.) magis contendo, cum tutior pariter ac jucundior ſuppetat methodus huic intentioni plus vice ſimplici ſatisfaciens & ſatisfactura.

XIV.

Hanc ergo palam facere haud dubito, utpote virorum ſaluberrimorum (IX. X.) gravi ſatis authoritate nixus, pace prioris dicti praeceptoris benigniſſimi, verba ipſius mea hoc loco faciam; Sorbiculi tenues, tepidi, blandi, freqventer aſſumti, &

Garga-

Gargarifmati, & injectioni, irritantibus qvippe & injucundis, omnino praeftant.

XV.

Hic vero objecerit qvis, cum forbitionibus ingeri materiam mucofam, qvae Gargarifando egregie ejicitur, indeqve in primis viis varia mala generari; praeterea, carere vi illa refrigerante & antifceptica, qva partes adfectae opus habent, & Gargarifmata communiffime impraegnabantur. Prius qvod attinet, materiam mucofam ante refolutionem alias paucam a forbitionibus dilui & involvi, dein per laxantia & clysmata eliminari, ad pofterius; Mixturas Camphoratas acidas, qvae fcopo fedandi refrigerandi, refolvendi, in angina neceffario propinantur, defectum fupplere, refpondetur.

XVI.

Neqve tamen dubito, in Stadio declinationis, facta refolutione, ope deri-

derivantium (III.) partibus a muco liberandis, ulceratis, aphtofis, &c. qvin collutione oris & faucium, e liqvoribus detergentibus, injectione aut lenisfima commotione praeftanda, fuccurratur.

XVII.

Multo minus, in angina Inflammatoria, v. initio neglecta, v. graffantibus morbis malignis putridis & aliis, in malignam degenerante, qvin injectiones & Gargarifmata antifceptica adhibeantur, qvorum vero ingredientium materies, & applicandi methodus, aliorum judicio practico funt relinqvendae.